Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Rex et Semper Augustus --- nos animaduertentes diuinæ religionis cultum et honestam fratrum conuersationem monasterii Steingadensis, quod fundauit prædilectus Auunculus noster, inclytus Dux Welpho -- ipsum Monasterium cum omnibus sibi attinentibus, in plenitudinem gratiæ nostræ et sub specialem maiestatis nostræ sereniss. protectionem, ad honorem Dei et sanctissimi Dapifex. --- Insuper -- in montanis curiam Schardis (curiam Loning) curiam Magnacke (bona Vmsi curiam Vmindigen, præterea nouale unum, quod vocatur Vrenrute, et prædium Langemoss, tradita a fratribus nostris, Friderico et Conrado, Sueuorum Ducibus. -- Testes huius rei sunt Wolfgerus Batauiensis Episcopus, Berchtoldus Dux Meranie, Schwigerus de Arnfelt. Alii quam plures. -- Acta sunt hæc anno ab incarnatione Domini M. CC. I. Indict. V. regnante Domino Philippo secundo, Romanorum Rege glorioso, anno regni eius quarto. Datum apud Norinberg, 12 Calend. Octobris.

(forte legendum Scharms, hodie Scherms),
(forte Lonan seu Lenan, hodie Lana),
(~~in Majus~~) Magnacka est pars pagi Majensis),

36) Rubeis Monum. Agnil. c. 66 ex instrumento concordiæ dato Mense Januario Vdie exeunte apud Ecclesiam S. Quirini juxta Cormon. Albertus de Arol, qui inter pacis arbitros fuit, idem hand dubie est, qui in instrumento Wilthinensi recitato ad c. I. X Add. 130, Adalbertus filius Hainrici appellatur. Eundemque Albertum cum ill. Coronino, cl. Frölichio verissimo fuisse illum, qui una cum eodem anno in aliis tabulis occurrit apud Rubeis ibidem. In eis dicitur transactio inita non tantum pro ante dicto Patriarcha, sed pro Comite Alberto, et Comite Henrico, et pro omnibus ipsius Patriarchæ adjutoribus, et pro Comitibus de Goritia et omnibus adjutoribus eorum. Nempe, ut ait ill. Corninus Ant. Chron. Goit. ea dandula. Peregrinus II. Patriarcha Tarvisinos sibi infestos habebat; quibus et Goritiani Comites Meinhardus II. et Engelbertus III. subsidio erant. Patriarcha Comite Alberto et Henrico (Tirolenses utique, ut qui jam saltem ab anno 1164 bona possidebant in vicinia Agnilejensi) affiebant: donec pax tandem hoc anno 1202 facta est.

Eodem Anno Domini M. CC. II. XIII die intrante Decembrio, Indictione X (V, corrigit Rubeis) In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen. Nos quidem Dietricus de Montebono, Herbordus de Pertenfarne, Folchero de Poremberg, et Peregrinus Glokkeldelt, arbitri et juramento adstricti a Domino Pelegrino secundo Aquilegiensi Patriarcha, et Comite Megenhardo Aquilegensis Ecclesiæ